



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Cap. 9. De Exercitio pro memoria Passionis Christi per diem excitanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

CAP. IX.

Exercitio pro memoria Passionis Christi per diem excitanda.

Ortus Passionis Christi cursus diuidetur in viginti quatuor mysteria: vt singulis diei horis fiat memoria cuius mysterii: & illæ horæ, quas somno impedire non poterimus, anticipari poterunt. Distributio huiusmodi: Tota Passio diuidetur in octo stationes: prima erit in cœnaculo; secunda in horto; tertia in domo Anan: quarta in domo Caiphæ; quinta in domo Pilati; sexta in domo Herodis: septima denud in domo Caluarie. In qualibet statione considerabuntur tria mysteria, quæ in vniuerso erant viginti quatuor, tot videlicet, quatuor horæ diei & noctis.

Hora prima.

In Cœnaculo.

Christus in cœnaculo docet humilitatem, Discipulos lauando pedes, *Capit lauare pedes Discipulorum. Et* *IOAN. 13. LUC. 22.* hanc exhibuit tanquam medium attingendi veram celebritatem & magnificentiam, dicendo: *Qui maior est vestros, fiat sicut minor.*

Hora 2.

Christus cœnans cum Discipulis suis instituit sanctissimum Sacramentum, *Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum, veluti Sacramentum amoris, & consequenter* *MATTH. 26.* hanc & conuersionis.

Hora 3.

Christus discedens è cœnaculo instituit sermonem ad Discipulos *IOAN. 14.*

Discipulos suos: *Non turbetur cor vestrum. Credite in Deum, & in me credite.* Pro primo & principali uerbo commenda. Discipulis exercitium Fidei, quod ait Augustinus, *Si tecum est Fides, tecum erit etiam Deus.*

S. Aug.

Hora 4.

In Horto.

Matth. 26. *Incipit timere. Cœpit pauere, cadere, conturbari.*
 Marc. 14. *mœstim esse, timore suo merendo nostram fortitudinem.*

Hora 5.

Christus deprecatur Patrem, sudat sanguinem & Aquam
 Matth. 26. *gelus ad confortandum ipsum comparat. Prostratus*
 Mar. 14. *super terram in faciem suam, orabat. Faciem uero suam*
 Luc. 22. *eius, sicut gutta sanguinis. Apparuit autem illi Angelus*
de cœlo confortans eum.

Hora 6.

Christus in horto captus est, & ligatus. Tenentur
 Matth. 26. *& ligauerunt eum. Ut nos solueret à uinculis peccatorum*
 Marc. 14. *nostrorum.*
 Luc. 22.
 Ioan. 18.

Hora 7.

In domo Annæ.

Ioan. 18. *Examinatus fuit circa doctrinam & Discipulos. Pontifex*
interrogauit Iesum de Discipulis suis, & de doctrina.

Hora 8.

Ioan. 18. *Respondet Christus, doctrinam suam notam esse omnibus.*
Ego palam locutus sum mundo.

Hora 9.

Recepit alapam à ministro Pontificis. *Vnus assistens Ioan. 18.*
Pontificum dedit alapam Iesu, dicens. Sic respondet Pon-

Hora 10.

In Domo Caiphæ.

Examinatus fuit. *Adiuro te per Deum vivum, ut di-* *Matth. 26.*
cas si tu es Christus Filius Dei.

Hora 11.

Respondet Christus. *Tu dixisti. Veruntamen dico* *Matth. 26.*
quia: amodò videbitis Filium hominis sedentem à dextris
et venientem in nubibus cæli.

Hora 12.

Exierunt in faciem eius, colaphis eum ceciderunt, & *Matth. 26.*
colaphis in faciem eius dederunt: Et velauerunt eum, Luc. 21.
percutiebant faciem eius: & interrogabant eum dicen-
tes: Propheta, quis est, qui te percussit? Et alia multa
querentes dicebant in eum.

Hora 13.

In domo Pilati.

Examinatus fuit. *Interrogavit eum Præses, dicens: Matth. 27.*
quis Rex Iudaorum? Respondet, Regnum meum non *Luc. 23.*
est de hoc Mundo. *Ioan. 18.*

Hora 14.

Subiunxit Pilatus. *Ergò Rex es tu? Respondet Ie-* *Matth. 27.*
sus.
c

lus. Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natum sum, et ad hoc ueni in Mundum, ut testimonium perhibeam ueritati.

Hora 15.

Non respondet accusationibus. Et cum in malis accusaretur, nihil respondit, ita ut miraretur Praefectus iudeorum.

Hora 16.

In domo Herodis.

Lætatur, sibi que congratulatur Herodes de uisito Christo. Herodes uiso Iesu, gauisus est ualde.

Hora 17.

Non respondet curiositati Herodis. Interrogat eum multis sermonibus, et ipse nihil illi respondebat.

Hora 18.

Sperus, uesteque albâ indutus fuit. Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, et illi sit indutum ueste albâ, et misit ad Pilatum.

Hora 19.

In domo Pilati.

Ioan. 18. Postpositus fuit Barabbæ. Quem uultis dimittam uobis?
Matth. 27. bis, Barabbam, an Iesum? Clamauerunt omnes, dicentes:
Marc. 15. non hunc, sed Barabbam.

Hora 20.

Ioan. 19. Fuit flagellatus. Apprehendit Pilatus Iesum, et flagellauit eum.

Hora 21.

Coronatus fuit. *Plectentes coronam & spinis, imposuerunt capiti eius.* *Matth. 27.*

Hora 22.

In monte Caluariæ.

Fuit crucifixus. *Crucifixerunt eum, & latrones, unum dextris, & alterum à sinistra.* *Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.*

Hora 23.

Dixit septem verba. 1. *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt.* 2. *Hodie mecum eris in paradiso.* 3. *Matri sue: Mulier, ecce Filius tuus.* Deinde dixit *discipulo: Ecce Mater tua.* 4. *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* 5. *Sitio.* 6. *Consummatum est.* 7. *Pater manus tuas commendo spiritum meum.* Vel loco *horum septem verborum memoria recoles lanceam lanceam Christi confodientem.* *Locis iam cit.*

Hora 24.

Fuit sepultus. *Et posuerunt corpus Iesu in monumento.* *Luc. 23.*

Quantum ad praxin exercitii huius; aduertenda sunt

- Primum est, hanc distributionem horarum solum esse secundum considerationem, & ordinem mentis: etenim Christi Passio non eo modo diuiditur, quomodo legitur in Historia Evangelica.
- Secundum punctum. Cum memoriâ mysteriorum actus coniungendi sunt, ut sunt: gratiarum actio, petitio puri sanctique amoris, præterea actus spei, & Charitatis.
- Tertium punctum. Perseuerantia in tam sancto exercitio

exercitio à Deo magna cum instantia petenda est perre-
rita Christi. Et propter eundem finem in hoc exercitio
sanctissimæ eius Matri, & sancto Angelo custodi tuæ
associabis.

Quartum punctum. Plurimos ex hac deuotione
percipies fructus, & sunt sequentes. Primus est fructus
presentiæ Christi & sanctissimæ eius Matri. Secundus
erit applicatio meritorum eorundem cum augmento
cuiusvis gratiæ & virtutis. Quemadmodum aspectus

Num. 21. ænei serpentis in deserto recuperabatur salus & vita
percutus aspexerit, viuet non quia hanc vim habebat
la vitio, sed quia Deus per huiusmodi visionem san-
tatem conferbat inspicientibus. Pari modo, quicunque
Passionis memoria inspexit Crucifixum, ab omni in-
firmitate liber & sanus euadit, omni que dicitur gratia
non quia hic solus mentalis aspectus eiusmodi habet
virtutem & efficaciam; sed quia Deus in præsentia
ius memoriæ sua gratia infundit sanando & liberando.

Tertius fructus est fortitudo & robur in sustentatione
Cruce, dum Christi exemplo animamur & confortamur.
Quartus fructus est, quod, veluti in ciuitate re-
fugii constitutus, ed securius euadit tentationum Dæmo-
nis retundamur iacula, tutiusque nos ab iis defendimus:

Orig. 2.

Cor. 4.

Christi est victoria contra omnes Dæmones. Certus
est, quia, ubi mors Christi animo circumfertur, non
potest regnare peccatum: est enim tantæ viæ Crucis, & Pas-
sionis Christi, ut ad eius memoriæ nulla concupiscentia
regnare possit; sed continuo ad eius præsentiam totus pec-
cati & carnis fugatur exercitus. Passio Christi & pec-
catum sibi sunt contraria, veluti lux & tenebræ. Ideo
quamprimum Passionis excitatur memoria, extinguitur
peccatū: & quod plus hæc memoria viget in anima,
ed magis fomes peccati debilitatur. Quintus & vlti-
mus fructus erit, quod quis moriatur magna cum fide-
cia propter spem in sanguine Christi, & intercessionem
sanctissimæ Matri illius.

Quintum punctum est, quod, qui non recordentur
mysteriorum in particulari, eorundem recordari possunt
in vniuersali: agendo gratias Saluatori pro iis omnibus
quæ

fecit & passus fuit pro nobis: 1. in cœnaculo ; 2. in orto: 3. in domo Annæ: & eum eodem ordine ad montem Calvariz vsque. Et hæ octo stationes, vt supra scriptum est, distribui possunt in 24. mysteria correspondentia 24. horis diei & noctis: vel pro maiori facilitate potius possunt modo infra scripto; recogitando duas horas, duas per diem, duas vesperi, & duas nocte, vel ante communionem, explicando mysteria in præsentis forma.

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore matutino.

In Cœnaculo.

1. Iesu, lauans pedes Discipulorum, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.
2. Iesu, instituens Sanctissimum Sacramentum, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.
3. Iesu, instituens Discipulos in fide, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Prima Statio.
Daniel. 3.

In Horto.

4. Iesu, in agoniâ posite, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.
5. Iesu, in oratione prostrate, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.
6. Iesu, à ministris ligate, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Secunda Statio.

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore diurno

In domo Annæ.

7. Iesu, examine, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Tertia Statio.

c 3 Jesu,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jesu, obiurgate, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Jesu, colaphizate, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

In domo Caipha.

*Quarta
Statio:*

Jesu, secundo examine, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Jesu, reus mortis iudicate, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Jesu, blasphemate, percusse, & illuse, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore vespertino.

In domo Pilati.

*Quinta
Statio.*

Jesu, tertio examine, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Jesu, in multis accusate, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Jesu, in admirando silentio posite, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

In domo Herodis.

*Sexta
Statio.*

Jesu, in multis interrogate, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Jesu, sprete ab Herode & ab exercitu eius, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Jesu, indute veste albâ, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore nocturno, vel ante
somnum.

In domo Pilati.

Jesu, Barabbæ postposite, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula. *Septima Statio.*

Jesu, flagellate, misere nobis, laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Jesu, spinis coronare, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

In Monte Calvaria.

Jesu, Crucifixe, miserere nobis, laudabilis, & gloriosus in sæcula. *Octava Statio.*

Jesu, lanceâ militis vulnerate, miserere nobis, laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Jesu, in monumento nouo sepulte, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Et in qualibet Statione eliciendi sunt suprâ dicti cæsus.

*Formula offerendise in mancipium & seruum
Iesu Crucifixi, & Mariæ Crucifixi
stantis.*

Clementissime Rex, Christe Jesu, verus Deus, & verus homo, Redemptor & Saluator animæ meæ, ego N. indignissimus peccator coram sanctissima Crucis tua humillimè prostratus, cum omni cordis affectu te adoro, & peto sanguinis tui pretium, refugium tuarum plagarum, thesaurum meritorum tuorum: Sanguinem, in oblationem peccatorum meorum: Plagas, in continuam animæ meæ habitaculum; nec

nec non nuptialem vestem meritorum, vt ad nuptias
 lestis Paradisi admitti, & subintrare valeam. Faciam
 mi dulcissime Saluator, vt sanguinis tui atramentum
 calamo clauorum tuorum indelebili caractere in-
 bas cordi meo dolorem & amorem tuum: dolorem, vt
 propter te patienter feram omnem dolorem: & amo-
 rem, vt spernam propter te omnem alium amorem.
 Quod verò me concernit; cum gratia tua firmiter pro-
 pono portare semper sanctissimas plagas tuas & vultu-
 ra, & in corde ad excitandam memoriam, & in ore ad re-
 ferendas gratias, & in manibus ad exercendam continen-
 tiam operationem pro tua gloria. Insuper, mi dulcissi-
 me Redemptor, me & in tuum, & sanctissime Mater
 tuæ iuxta Crucem stantis offero mancipium perpetuum.
 Accepta oblationem, & da mihi vires perfectæ
 eam observandi: aliud enim non concupisco, non cupi-
 o, nec desidero aliud, nisi vt sim fidelis seruus & mancipium
 Regis & Reginae cælorum; vt fideliter tibi seruiens
 in vita, post mortem dignus efficiar libertate gloriæ, vbi
 cum omnibus iustis & sanctis Angelis laudum tuarum
 decantem encomia, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

CAP. X.

*De beneficiis & fructibus Passionis Christi
 & de modo, quo Christus eosdem
 operatus est.*

8. Tho. 3. p. Juxta doctrinam Doctoris Angelici quinque sunt
 9. 42. & 9. 49. effectus & beneficia principaliora Passionis Christi. 1. Li-
 49. berat hominem à peccato. 2. Liberat eum à pena pec-
 cati. 3. Liberat eundem à potestate Dæmonis. 4. Ho-
 minem reconciliat Deo. 5. Aperit eidem portas cœli.
 Quinque etiam modi sunt, quibus Passio Christi operatur
 hos effectus. 1. Per modum meriti. 2. per modum
 satisfactionis. 3. per modum sacrificii. 4. per modum
 redemptionis. 5. per modum efficiencie. De hisce benefi-
 ciiis breuiter dicemus in particulari, & de modo, quo
 Christus D.N. eadem confert: vt illa conseruantes in
 nobis